Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26530
Copyright: Admont, Benediktinerstift

neq; principum huius seculi qui destruuntur. Loquimur dei sapiam in mysterio que abscondita est quam predestinauit ds ante secula in gloriam nram. quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent. nunq; dnm glie crucifixissent. Sed sicut scriptum est. Quod oculus non uidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis ascendit que preparauit ds his qui diligunt illum. Nobis autem reuelauit deus per spm suum. Spus enim omnia scrutatur. Etiam profunda dei. Quis enim scit hominum que sunt hominis nisi spus hominis qui in ipso est. Sic et que dei sunt nemo cognouit nisi spus dei. Nos autem non spm huius mundi accepimus. sed spm qui ex deo est. ut sciamus que a deo donata sunt nobis. que et loquimur non in doctis humane sapie uerbis. sed in doctrina spus. spiritalibus spiritalia comparantes. Animalis autem homo non percipit ea que sunt spus dei. Stultitia enim est illi et non potest intelligere quia spiritaliter examinatur. Spiritalis autem omnia iudicat. et ipse a nemine iudicatur. Quis enim cognouit sensum dni qui instruat eum. Nos autem sensum xpi habemus. Et ego fres non potui uobis loqui quasi spiritalibus sed quasi carnalibus. Tamquam parvulis in xpo lac uobis potum dedi non escam. Nondum enim poteratis sed nec nunc quidem potestis. Adhuc enim estis carnales. Cum enim sit inter uos zelus et contentio. nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis. Cum enim quis dicat ego quidem sum pauli alii autem ego apollo. nonne homines estis. Quid igitur est apollo. Quid est paulus. Ministri estis cui credidistis. Et unicuiq; sicut dns dedit. Ego plantauit apollo rigauit. sed ds incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat est aliquid neq; qui rigat. sed qui incrementum dat ds. Qui plantat autem et qui rigat. unum sunt. Unusquisq; autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Dei enim sumus adiutores. dei agricultura estis. dei edificatio estis. Secundum gratiam dei que data est mihi ut sapiens architectus fundamentum posui. Alius autem superedificat. Unusquisq; autem uideat quomodo superedificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere preter id quod positum est qui est xpus ihs. Si quis autem superedificat super fundamentum hoc. aurum. argentum. lapides pretiosos. ligna. fenum. stipulam. unicuiq; opus manifestum erit. dies enim dni declarabit. quia in igne revelabitur. et unicuiq; opus qle sit. ignis probabit. Si cui opus manserit quod superedificauit. mercedem accipiet. Si cui opus arserit detrimentum patietur. ipse autem saluus erit. sic tamen quasi per ignem. Nescitis quia templum dei estis. et spus dei habitat in uobis? Si quis autem templum dei uiolauerit disperdet illum ds. Templum enim dei sanctum est quod estis uos. Nemo se seducat. Si quis uidetur inter uos sapiens esse in hoc seculo. stultus fiat ut sit sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum. Dom iij p octau epiph. Oro

Oratio

Oratio qui nos intuitus periculis gentilitatis per humana cecidisse fragilitate non posse subsistere. da nobis salutem mentis et corporis. ut ea quae precedunt nostris patiamur te adiuuante uincamus. Epla ij

Paulus apostolus ihu xpi per uoluntatem dei paulus et thymotheus frater ad corinthios lectio j

ecclesie dei que est corynthy. cum sanctis omnibus qui sunt in uniuersa achaia. Gratia uobis et pax a deo patre nro et dno ihu xpo. Benedictus ds et pater dni nri ihu xpi. pater miserum et ds totius consolationis qui consolatur in omni tribulatione nra. ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationem qua exhortamur et ipsi a deo. sicut habundant passiones xpi in nobis. ita et per xpm habundat consolatio nostra. t ij

Sive autem tribulamur pro uestra exhortatione et salute. sive consolamur pro uestra consolatione et salute sive exhortamur pro uestra exhortatione et salute que operatur tolerantiam earundem passionum quas et nos patimur. et spes nostra firma est pro uobis. scientes quoniam sicut socii passionum estis. sic et consolationis eritis. t iij

Non enim uolumus uos ignorare fres de tribulatione nra que facta est in asia. quoniam supra modum grauati sumus super uirtutem ita ut tederet et nos uiuere. Sed et ipsi in nobis metipsis responsum mortis habuimus. ut non simus fidentes in nobis sed in deo qui suscitat mortuos. qui de tanto periculo eripuit nos. et eripiet. in quem speramus quia et adhuc eripiet. adiuuantibus et uobis oratione pro nobis. ut ex multorum precibus fiat eis quae in nobis est donatio per multos gratias ag

Nam gta nra h t iiij Sanctum pro nobis est. testimonium glie nre. quod in simplicitate